



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles**

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dies Festos Per Annum

**Höger, Franz**

**Ingolstadij, 1726**

**VD18 90197097**

Festum S. Annæ Mat. B. V.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53072)

*Angelus.* THESIS II. *Viderunt faciem eius  
tanquam faciem Angeli.* Act. 6. v. 11.  
Aloysius Angelus. I. Fuit Angelus  
ratione *Puritatis*, quâ floruit. II. Ra-  
tione *Abstinentiæ*, quam sectatus est.  
III. Ratione *Orationis*, cui indefinenter  
adhæsit. *La Selve festo S. Hieronymi*  
*part. 2. tom. 4. de Sanctis.*



## FESTUM S. ANNÆ Mat. B. V.

*Laus.*

THESIS I. *Simile est Regnum Cæ-  
rum thesauro.* Matth. 13. v. 44.  
I. Beata Anna est *Dives* precioso Vir-  
tutis thesauro, nam omnes virtutes  
congregavit, & in spiritualibus divitiis  
cunctas Veteris Testamenti feminas  
superavit. II. *Ditior* Mariano The-  
sauro, nam Mater admirabilis in conce-  
ptione demonstratur; Mater gratiosa  
à Filia sanctificatur; Mater honorabi-  
lis per Filium honoratur. III. *Dis-  
tincta* Dominico Thesauro, nam à Chris-  
to ditatur ratione Propinquitatis, Cha-  
ritatis

titatis, Authoritaris. *Michaël Vivien*  
*verb. Sanctorum festivitates.*

THESIS II. *Gratia plena.* Luc. *Cratia.*  
1. v. 28. Anna significat Gratiā. I.  
Nihil tam *Necessarium* quā Gratiā ;  
sine hac neque bonam cogitationem,  
neque bonum desiderium concipere  
possumus. II. Nihil magis *Utile*, quia  
per Gratiā procuramus nostram sa-  
lutem, & congregamus divitias pro æ-  
ternitate. III. Nihil adeo *Pretiosum* ;  
quia omnia bona mundi tanti non va-  
lent, quā minimus gradus Gratiæ,  
quam tam caro Christus nobis per Pas-  
sionem suam comparavit.

THESIS III. *Processerat in diebus* *Sterilitas.*  
*multis, & vixerat cum viro suo.* Luc. 2. *triplex.*  
v. 36. Tria genera Sterilitatis in  
mundo reperiuntur : I. Una *Naturæ*  
ex defectu liberorum, ejusmodi conso-  
lari se debent voluntate Dei, qui solus  
habet claves vitæ ac mortis ; & ado-  
ptare sibi liberos spirituales, scilicet  
Pauperes. II. Altera *Fortunæ*, ob de-  
fectum bonorum ; hi Sterilitatem suam  
patienter sufferre debent, imò cum  
gaudio, quia Christus ipsos beatos de-  
cla-

clarat. III. Tertia *Gratia*, ex defectu consolationum: qui hanc siccitatem experiuntur, debent se multum coram Deo humiliare. *Crasset. Consid. hoc fest.*

*Laus.*

THESIS IV. *Hæc est enim Mater eius. 3. Reg. 3. v. 27. Sancta Anna extitit I. Mater Grata, in oblatione Filiae suæ. II. Mater Justa, quæ Deo tribuit, quod à Deo habuit. III. Mater Pia, quæ exemplo suo virtutum alij matribus præluxit. Diction. Apost.*

THESIS V. *Supra modum autem Mater Mirabilis. 2. Mach. 7. v. 20. I. Sancta Anna Fœcunditatem suam miraculosam ostendit in ea ætate. II. Sancta Anna Authoritatem suam tenuit, consentiendo Voto Filiae suæ. III. Sancta Anna Humilitatem suam admirationi exposuit, recipiendo instructionem in virtutibus à sua Filia. Diction. Apost.*

